

FELICITAS CON- IVGV M.

B

E Atus ille, qui longè à negotijs,
Et impijs mortalium
Abest congressibus, diesq; iugiter
Omnes sacratis legibus
Terit D E I, sanctas viasq; currere
Consuescit, & sudoribus
Suis cibum, & labore dexteræ sua
Quærit: Bonis hic affuet,
Huius thori consors domum (ceu fertilis
Vitis) replebit filijs,
Huic instar almæ multa oliuæ pignora
Nascentur, & mensam tuam
Cinget corona grata, balba murmurans
Matri patriq; lingula.
Tali stimentem te manebit cælicæ
Fortuna factorem domus.
Hec tu notato Sponse, cum Sponsa tua,
Vino nec hac inscribite.

M. D. H.